



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorum

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

19. Venditio ad monasterium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

quicquid exinde facere voluerint, liberam & firmissimam habeant potestatem ad faciendum. Et si quis.

Pañtum divisionis inter fratres.

XVIII. Pañtum divisionis inter fratres, id sunt ille & ille, heredes illius & illius quondam, qualiter se de alode eorum dividere vel exæquare deberent, quod ita & fecerunt. Per quem accepit vir magnificus ille mansum illum in loco nuncupante illo, qui est in pago illo, hoc est, ipse mansus circumcinctus, cum arboribus & casticiis, superpositis, terris arabilibus, & cetera. Simili modo vir magnificus ille accepit ad opus suum alium mansum in loco nuncupante illo, qui est in pago illo, in centena illa, hoc est, quod superius diximus, mansum circumcinctum, cum arboribus & casticiis, superposita, terris arabilibus, & cetera, vel quicquid pars contra partem suam per æqualem inter se dividerunt, absque ulla repetitione vel reclamatione hoc habeant, teneant, possideant, vel quicquid exinde facere voluerint, libera in omnibus Christo propitio in sua permaneat potestate ad faciendum. Si quis verò.

Venditio ad monasterium.

XIX. Venerabili in Christo patri illi Abbati de monasterio qui vocatur sancti illius, quod est in pago illo super fluvium illum constructum, emptori, ego in Dei nomine ille venditor. Constat me non imaginario jure, nec nullo cogentis imperio, sed proprio voluntatis meæ arbitrio, vobis vel ad monasterium vestrum vendere, quod ita & vendidi vobis à die præfente, rem pro portione mea, in loco nuncupante illo, quod est infra pagum illum, quod de parte parentum meorum ad me legibus obvenit, hoc est, tam mansus, casis, casticiis, mancipiis, ingenuis his nominibus, vel quicquid ibidem præfens est mea dominatio, totum & ad integrum de jure meo in dominatione vestra per hanc venditionem tradidi vobis ad possidendum; & accepi à vobis in pretio taxato, juxta quod nobis artificatum vel conventum fuit, solidos probos atque penfantes numero tantos, ita ut ab die memorata omnia superius nominata, quæ de me legibus comparastis, hoc habeatis, teneatis, possideatis tam vos quam & successores vestri, liberumque & firmissimum in vestra permaneat potestate ad faciendum. Si quis verò.

Precaria.

XX. In Christo venerabili patri & Domino illi Abbati de monasterio sancti illius, quod est in pago illo super fluvium illum constructum, ego in Dei nomine ille. Precator accessi ad vos ut rem pro portione vestra, in loco nuncupante illo, qui est in pago illo, quam ego ille ante hos dies per venditionis titulum dato pretio sancto illi seu vestro monasterio adfirmavi, hoc est, in ipsa portione mansum ad commanendum, casticiis, superpositis, terris arabilibus, mancipiis, ingenuis his nominibus, vineis, pratis, silvis, pascuis, vel quicquid ibidem aspicit vobis delegavimus. Sed postea taliter vobis supplicavimus, ut ipsam portionem ad usum beneficium ad excolendum quandiu advivo mihi præstare vel relaxare deberetis, quod ita & fecistis. Propterea hanc precariam manu mea vel bonorum hominum firmatam vobis exinde emisimus, ut annis singulis censum denariorum tot ad luminaria sancti illius & decimam de omnibus fructibus, quicquid supra ipsam conlaborare poterimus, die illo, quod eveniet festo ipsius sancti illius, pro hoc vobis dare & adimplere faciam. Et si negligens aut tardus de ipso censu ad illud placitum apparuerò, fidem exinde vobis legibus faciam, & ipsam rem dum advivo per vestrum beneficium tenere & usufructuare faciam, in ea verò ratione ut aliubi ipsas res nec vendere nec donare nec alienare nec ad alias casus Dei delegare, nec in naufragium ponere, nec ad proprium facere, nec heredibus meis in alode derelinquere pontificium non habeam ad faciendum, nisi post meum discessum, unà cum re immeliorata vel superposita, quicquid ibidem inventum fuerit, absque ullius judicis contradictione pars monasterij vestri ad vestrum faciat revocare dominium. Si quis verò.

Commendatitia de re vendita.

XXI. In Christo filio Ecclesie illi, in Dei nomine ille Abbas de monasterio illo sancti illius, quod est in pago illo, unà cum consensu fratrum nostrorum. Dum & tua fuit petitio & nostra decrevit voluntas ut duas partes darem pro portione nostra in loco nuncupante illo, qui est in pago illo, quem tu ipse ante hos dies per venditionis titulum dato pretio de thesauro sancti illius nobis vendidisti; sed postea taliter nobis supplicasti ut ipsius portio- nis duas partes in prædicto loco illo ad usum beneficium ad excolendum, quan-